

1815.I. Compendium juris  
privati...XVIIIw

N<sup>o</sup> Inw. 1815.



1. anno 1815

# Compendium

*Juris privati Nobilium Regno-  
rum Galliciae et Sodomiae in  
Voluminibus Constitutionum et  
Statuto Lithuanicae  
contenti.*



1815

- Volumen I. Constitutionum Regni Polonice  
continet Leges et Constitutiones  
ab anno 1347 usque ad annum 1547.  
Warsavie 1732. Fol.
- Volumen II. ab anno 1550 — 1609. ibidem 1733.
- Volumen III. ab anno 1611 — 1670. ibidem 1735.
- Volumen IV. ab anno 1671 — 1688. ibidem 1737.
- Volumen V. ab anno 1689 — 1697. ibidem 1738.
- Volumen VI. ab anno 1697 — 1738. ibidem 1739.
- Volumen VII. ab anno 1704 — 1768. ibidem 1782.
- Volumen VIII. ab anno 1745 — 1780. ibidem 1782.
- Volumen IX. ab anno 1782 — 1793. ibidem  
Inwentarz Konstytucyy Koronnych, y W. X. L.  
tewskiego &c. w Lipsku 1793.
- Statut Wielkiego Księstwa Litewskiego &c. w Wil-  
nie. 1786. Fol.

# Index

## Titulorum Legum Coloniae

### Parti Prima

#### De Jure Personarum.

*Titulus I. De Legibus Regni. Pagina*

*II. De Nobilibus et Nobilitate.*

*III. De Nuptiis.*

*IV. De Dote.*

*V. De liberis illegitimis.*

*VI. De tutelis et curatellis.*

*VII. De Clericis.*

*VIII. De Criminationibus.*

# Pars Secunda

## De Iure Rerum.

**Titulus I.** De rerum divisione, et adquisi-  
tione earum Dominio.

**II.** De Praescriptione.

**III.** De Donatione.

**IV.** Quibus alienare licet, vel non.

**V.** De Domaniis, seu De rebus re-  
galibus.

**VI.** De finibus regundis.

**VII.** De Iure Patronatus.

**VIII.** De Decimis.

**IX.** De Servitutibus.

**X.** De Naxereditate.

**XI.** De Divisione haereditatis.

**XII.** De Testamentis.

Titulus XIII De Successione ab Intestato.

XIV. De Jure Signoris.

XV. De Jure Possessionis.

XVI. De obligationibus.

XVII. De mutuo.

De Commodato.

De Deposito.

De pignore.

XVIII. De Fidejussione.

XIX. De literarum obligationibus

XX. De Emptione, Venditione

XXI. De Locatione, Conductione

XXII. De Contractu emphiteutico

XXIII. De Societate et mandato

XXIV. De obligationibus, quas  
quasi ex contractu nascuntur.

*Titulus XXV. De obligationibus, quae  
ex delicto nascuntur*

*XXVI. De obligationibus,  
quae quasi ex de-  
licto nascuntur*

*XXVII. Si cum eo, qui in ali-  
ena potestate est,  
negotium geratur*

*XXVIII. De bonificatione Damni*

*XXIX. De Titionibus*

*XXX. Per quos agere possumus*

*XXXI. De Iudiciis*



4.  
L

# Compendium

*Juris privati Nobilium Regno-  
rum Galiciae et Lodomeriae in  
Voluminibus Constitutionum et  
Statuto Lithvaniae contenti*

*Hujus operis sunt duae partes : pri-  
ma agit de jure Personarum, altera de ju-  
re Rerum.*

*Cum in omni Scientia praecognita prae-  
mitti soleant, ita etiam hic prius dicen-  
da ea, quae ad illustrandum hoc Opus  
prodesse possunt.*

## Caput I.

### De Legibus Regni.

*Posteriora Statuta prioribus derogant  
478. f. Herburt.*

*Swonourskii universalis processus capsa-  
tus. L. 134. Anno 1613. f. 193. VII.*

Leges in futurum obligant. P. I. Casim. M.  
N<sup>o</sup> 1346. f. 2.

In Galicia Leges sequentes obligant.

1<sup>mo</sup> Statuta.

2<sup>do</sup> Leges Patriae, nempe Constitutio-  
nes 6. voluminibus contentae.

Porro Constitutio de Anno 1764. et 1768<sup>vo</sup>  
in defectu harum Statutum Lithvaniae, ac  
denique Correctura Prussiae. Pol. 6<sup>ta</sup> conten-  
ta, testante id consuetudine ac Statutibus  
Ab<sup>o</sup> 2. Decembris 1775<sup>to</sup>.

Fundate discipatur, an Jus correctum  
Prussiae Sim. Legis praesepserat, etenim ver-  
ba (: Ordinis Equestris) referuntur ad so-  
lam Nobilitatem Prussiae, quae sive intra,  
sive extra Prussiam litiget.

Secundum Leges in Correctura Pruthenica  
contentas, seu collectas, omnia Equestris  
Ordinis negotia, tam intra, quam extra  
Prussiam judicari debent. f. 549. Pol. II.

Nunc venimus ad ipsum Jus

## Caput II. De Nobilibus et



# Nobilitate.

Dignitates Nobilibus dentur 140. 141. 142. f.  
Herbert.

Si in possessionato ob meritum dignitas da-  
ta sit, intra medium annum possessio,  
non quaerat. f. 143. ff.

Injames sunt, si bona sp. sis confiscantur:  
Quicumque officium vel dignitatem contra  
statutum acceptam moniti non dimittunt.  
f. 143. ff.

Si improperaverit Nobilis Nobili, asse-  
rendo illum esse filium Meretricis, aut  
statim non negat, aut non probat, 60.  
Marcis puniatur. 298. f. ff.

Qui vituperat Nobilem, et postea negat,  
jurabit se non dixisse. f. 299. ff.

Nobilitate caecidit, qui suscipit cau-  
sas Statui, vel Ordini Equestri incon-  
venientes. f. II. 1350. pun: 28. pag. 396.

Sigismundus Augustus Betricoviae Ab-  
bas sit Nobilis. f. 27. fol: II. pag. 599.  
puncto 49. 1530. Sig. Aug. Betricoviae.

Qui se fingeret Nobilem, nec revera esset,

bona sua amittit, quorum medietas Fisco  
 (Quarta) medietas delatori cedit: Quod si  
 vero impugnationatus fuerit, in Iudicio  
 castrensi, vel Tribunali respondere debet,  
 et convictus per medium Anni Terri in-  
 sideat, attamen si alter alterum innocen-  
 tem deferret, istiusmodi delator juxta statu-  
 tum puniri debet S. 59. pag: 1272. — 1389.  
 Sol: II.

Civitates et Cives eorum bona terrestria  
 Nobilium sub amissione eorum acquirere  
 non valent. S. 31. pag: 14. 1611. A. Sol: III.

Nullum diploma, vel literae patentes  
 pro Nobilitate valent, cujus Nobilitas non  
 adinventur in Constitutionibus, et bona ejus-  
 modi pro vacantibus declarari intelligun-  
 tur. Sol: II. fol: 1634. S. 12. Anno 1607.

Nobilitas dispositione authentica bonorum  
 terrestrium deduci debet. Sol: III. pag: 807.  
 Anno 1633.

Cui ignobilitas objecta fuerit, objicenti  
 reconventionaliter ignobilitas objici non  
 potest, donec se objecto expedierit. L. 44.

f. 805. N. 1633. Fol. III.

5.

Qui Nobili inculpato absque ullis documen-  
tis ignobilitatem obiecit, accusatus vero  
non tantum affinibus, verum etiam dispo-  
sitionibus (sive actis juridicis) se No-  
bilem evicerit, istiusmodi Accusator  
poena colli puniendus. Qui autem civi-  
tatis mercaturis et popinarum affi-  
is se implicaret, atque civitatis Magi-  
straturas vacaret, amittit Privilegium  
Nobilitatis, et bona sua, et liberi sui,  
haec inter negotia prognati, juri cadu-  
co subjacent.

Incolae eorum Galatinatum, in quibus  
acta combusta fuerint, debent perrigere  
Genealogiam suam intra decursum tri-  
um annorum ad Acta, cum manife-  
statione de combustis actis, adversus  
quam Genealogiam per annos sex, et  
menses sex liberum erit, civis prote-  
stari; quod si evenerit, Is, cujus Genea-  
logia in quaestionem vocata fuerit, per du-  
os de linea paterna, per duos de linea

6.  
materna se legitimare tenetur. Quod si ve-  
ro per annos sex et menses sex Genealogia  
Actus ingrossata / inserta / in quaestionem  
non vocaretur, amplius abhinc in dubi-  
um vocari non potest; attamen produ-  
cens Genealogiam, vel Successor ejusdem  
eandem Genealogiam duobus testibus de  
linea materna, et duobus testibus de linea  
paterna juramento asserat tenetur. L. 1.  
f. 339. A. 1638. Vol. III.

Absque deductione nulla nobilitant decreta  
f. 182. neque datum nomen Albo conscri-  
ptionis 1764. A.

Oblinendas indigenatum juramentum co-  
ram Rege, et coram ordinibus Regni de-  
ponere tenentur, et debent illo uti, quod  
si non praestiterint, ipso facto ab indige-  
nate excedunt. 1662. f. 38. de Indigenatu  
Sutorum (mitiorum) Vol. III.

Si quis alteri ignobilitatem injuste objec-  
rit, turri 20. Septimanarum puniri, et  
parti laesae abundanter satisfacere tenetur.  
Statutum Lasc. Cap. III. art. 19. pag. 50.

7.

Is, qui objecerit ignobilitatem Nobili, post  
justam et legitimam deductionem ejus, ne,  
si se ipsum Nobilem invicem deduxerit,  
poenae colli subjacere debet. l. 622. f. 39.  
De deductione Nobilitatis Sol: III.

Nobilitate excidunt, qui serviles artes, pe,  
discepos et propinatores agunt, et liberi  
eorum in ea conditione prognati ex hocce  
non existunt Nobiles, et bona illorum ter,  
restria pro medietate delatori cedunt. l. 609.  
f. 901. Sol: III. De deductione Nobilitatis  
1677. f. 12. Sol: V<sup>to</sup>.

Quicumque ex plebeis auderet ornari gem,  
mis, vestibus sericis, aut pretiosis, item  
Marte libellina, L'ardalina, Hermelina,  
cingulis sericis - ejusmodi Civitatis  
locupletior 1000. Maris, et vero paupe,  
rior 200. Civis Delatori per medium, et  
Medium Fisco sine Appellatione solve,  
re debet. 1613. et 1620. Sol: III. 1655. f. 37.  
Till: Lex sumptuaria Sol: III.

Extranei bona terrestria acquirere non pos,  
sunt, si acquirunt, medium Fisco, medi,  
um delatori cedat. p. 1590. s. 49. A. 1601. Sol:  
II.

6 Nobiles fiunt, aut per Privilegium Principis,  
aut nascuntur ex iustis nuptiis: Ad intel-  
ligendum, quid ad iustas nuptias requira-  
tur - sequitur:

## Caput III.

Illegitimi neque in bona, neque in Nobili-  
tatem succedunt §. 26. pag: 97. 1578. Stat:  
Söl: II.

Testante muliere, quasi illa consentiente ra-  
pta sit, si liquido pateat, quod vi raptam sit,  
raptus nunquam cessat esse raptus. §. 39.  
f: 631. A: 1631. Söl: III.

Post solemnes nuptias proles nata sem-  
per est legitima. §. 206. et in bona, tam  
paterna, quam materna, succedit, non vero  
e contra proles absque hac rituali ceremo-  
nia nata.

Omnes tamen eos, qui Transactionibus,  
sive decretis, Parentum vel Affinium  
Cösthumii-reperiuntur, et ad praesens  
pones omnia jura et praerogativas relinqui-  
mus. §. 9. A: 1763<sup>vo</sup>.

Pater et mater nihil liboris dare obligantur;

Si tamen pater post defunctum uxorem suam  
 respective matrem liberorum abque facta ali-  
 qua inscriptione quid possiderat, illud resun-  
 dere liberis tenetur, sed ad Calculum non  
 est obligatus. Stat. Lithuaniae Lib. 1.  
 (Cap. 3. art. 40. pag. 106.)

Si uxor defuncto suo marito non potest alteri  
 nubere citius, quam semestri expleto; quod  
 si fecerit, dotem amittit; sin vero careat  
 dote pro liberis prioris mariti 12. Rublio-  
 nes grothorum - Lit. C. S. Articulo 13.  
 folio 234.

Tanto divortio, si vir inveniatur reus, uxor  
 relinquetur penes usufructum ab eo,  
 dem circumscriptum, quod si vero uxor rea  
 appareat, tunc dote sua et usufructu in-  
 scriptionis privatur. Quod si vero divor-  
 tium eveniret propter justas causas, et  
 Conjuges in invincibili ignorantia impedi-  
 mentorum deprehenderentur adinveniri -  
 Dos penes uxorem, et Contra-dos penes ma-  
 ritum remanere debeat. Stat. Lithuaniae  
 Cap. 3. Art. 20. S. 1. 2. f. 235.

Si quis suam affinem duxerit in matrimonium,

nium), medietas, suorum bonorum cedat  
 Fisco, et medietate altera usque ad facta sua  
 fruuntur ad vitalitio sine), post facta vero  
 proximi affines eidem medietati succedunt,  
 et vero liberi sui pro illegitimis declaran-  
 tur: Uxor pariter collationem suam a-  
 mittit, quodsi vero habuerit dotem, Medi-  
 tas dotis Fisco addicitur. Sed si quis cum  
 priori uxore contra leges ducta progenerave-  
 rit liberos, bona sua amittit, et liberi stan-  
 te sua vita manuteneantur, et uxoris ejusmo-  
 di atque liberi cum priori marito, stante  
 uxoris vita participant, quodsi liberi non  
 adsint debent nihilominus illis providere ad  
 sua facta, subministrando illis amictum  
 et victum honestum, convenientem statui  
 suo, et correspondentem redditibus Famili-  
 ae suae: His positis, si quismodi per-  
 sonae manifesto evincerent coram Judio,  
 suum matrimonium contractum esse ex  
 ignorantia invincibili impedimenti cogna-  
 tionis, possessionem bonorum suorum non



9.  
amittunt, et liberi prognati pro legitimis  
reputantur. Stat. Lithvanicae Cap. 5<sup>o</sup> Art.  
22. §. 1. 2. 3. §. 240.

Dum filiae in matrimonium collocantur,  
datur ipsis dos, hinc

## Caput IV.

Dotes non inscriptae, nullae sint 147. §.  
H. Pol. I. §. 277. A. 1496.

Dotalia fugal, vel crimine virino vitian-  
tur. §. 148.

Dotalia nec per lucris super vitium ob-  
tentis subeunt. §. 148. H. I.

Dotalitium debet ad successores primi ma-  
riti devolvi. §. 149. H. Pol. I. fol. 409. A. 1535.

Virgo dotata competenter a patre, nil plus  
petat a fratribus, nec fratribus succedat, sed  
contentetur dote ei tradita. Si non sit  
a patre dotata, fiat aestimatio bonorum,  
atque ex parte contingente pecunia Eis de-  
vatur. Pol. I. §. 45. §. 1<sup>o</sup>. H. 2. I. §. 12. A. 1547.

Mortuo marito uxor circa dotem, donatio,  
nem, paraphernalia remanere debet; si ali-  
um maritum accipiat, bona ad pueros devolvi

vantur P. I. §. 38. A. 1347.

Mortuo marito vidua circa equos, quibus maritus utebatur, circa pecora, quae in dote et dotalibus suo fuerant manere, protiosiora ad pueros mariti minoranes, equi cum vidua et pueris dividi debent. P. I. §. 507. Alexandri Regis A. 1305. — Fratres uterini etiam in bona patrimonialia succedunt, sororibus dotalis 150. §. H. P. I. §. 38. A. 1347. P. II. §. 43.

Raptor iure convictus sit infamis, rapta vero, si consentiat, dotem perdat.

§. 131.

Si pater dotem sororibus non assignet, fratres debent assumere duos ex paterna, itidemque duos ex materna linea, qui non longiori spatio, quam intra annum et sex septimanas dotem eis assignent.

S. 12. pag. 1212. 1388. Pol. II.

Bona dote obligata vel inscripta, aut per lucris obtenta, semper redimi queunt, et nunquam transeunt ad ius hereditarium,

sive perpetuitatis ; cui longissimi tempo-  
ris praescriptio non obstat S. M. 1215. -

1588. Fol: I. III.

Sorores indotatae ex illis bonis , quae sui  
fratres , aut ex fratribus nepotes ad Cre-  
ditores debitis contractis devoluta amiserunt ,  
debent a Creditoribus vel Hypotheso-  
ribus dotari , quae in causa delatio in  
evictorem cadere non debet ; praeterea ha-  
bitatione in bonis , donec maritentur ,  
providentur oportet .

Dominicae haeredes , cum jus potioritatis  
prae Creditoribus ad bona possideant ,  
debent eadem immobiliter possidere ; iis  
vero defunctis Successores eadem redimen-  
di jure gaudent . L. 26. p. 1219. 1588. Fol: II.

Dos ad uxorem ejusque haereditate specta-  
bit , Contra-dote ita fruatur ad vitam ,  
pora , ut praestare debeat Successoribus  
mariti cautionem de Restitutione ejus  
post mortem suam .

Marito dotis , contra-dotis , vel alio no-  
mine uxori inscribere non licet ultra  
dimidium valorem bonorum suorum , in

quibus inscriptionem fieri vult. Si quae nullam dotem a marito inscriptam habet, quartam partem bonorum defuncti mariti percipiat, donec ad secundas nuptias convolaverit. §. 549.

In iure terrestri Nobilitatis Brevisiae correcto. Titl: 1<sup>mo</sup> de successoribus §. 1598.

Uxor non potest cuiquam contradotem suam inscribere, nisi id, quod importavit. Stat. Litt. Cap: 5. Art: 2. §. 2. §. 226. 227.

Si maritus uxori res mobiles inscribat, veluti pecus, frumentum et caetera id generis, habet liberam eorum dispositionem, eademque pecunias illam, non penes liberos suos remanere debent. Stat. Litt. C. 5. Art: 2. §. 2. §. 226. 227.

Præter donalitiū, præter dotem, nec non præter mobiles res, nihil amplius inscribi potest. Stat. Litt. C. 5. Art: 2. §. 1. §. 12.

Ad mentem codicillorum vel Testamenti patris filiae dotari debent, vel ad normam primæ sororis dotatae; quod si Summa determinata non esset, neque sufficeret frater adeo magnam Summam pro dote

largiri, quanta prima dala fuerat, integrum  
 Ei erit, omnia sua bona aestimare, atque  
 Summae hinc provenientis quartam partem  
 Sororibus dare, coque quadrante omnes aequa-  
 liter cadotare. Quod si tamen frater in-  
 telligeret, quadrantem bonorum aestimatorum  
 majorem esse dote priori filiae tradita, li-  
 berum ei est, eundem quadrantem retinere,  
 et tantum pro dote contribuere, quantum  
 prima acceperat. Stat. Lithv. (ap: S. Ar-  
 tic. 3. S. 12. f. 228.

Si frater non easolveret dotem, atque bo-  
 na sua amisisset, licet dotem apud Co-  
 sutores bonorum quaerere. 1533. f. 1270.

Titulo de Sororibus - Jure exilium, - Stat.  
 Lithv. (ap: S. Art: 3. S. 3. f. 461).

Quando pater quidam filiam suam mari-  
 taverit, eadem vero filia defuncto Patre  
 dotem suam a fratribus repeteret, ejusmo-  
 di filiabus, stante paterna vita maritalis,  
 consanguinei nullam dotem assignare tenen-  
 tur, quoniam pater probe noverat, quanta  
 charitate et providentia bono suorum libero-  
 rum prospexitur erat. Stat. Lit. (C. 3. A. 4. S. 1.  
 f. 229).

Uxor defuncto marito, penes dotem et dotali-  
tium conservatur; caetera vero bona dotali-  
tio suo et doti non obligata, successoribus  
sive agnatis cedere debet. Jagello Cracoviae  
1425. H. p. 287.

Floralia triginta marci redimi solent.  
Consuetudo Cracoviae 1505. H. p. 280.

Virgines innuptae, defunctis parentibus,  
si nubant absque consensu fratrum, vel pro-  
pinqvorum consanguineorum, pariter dotem  
et bona amittunt; at tamen si fratres eas  
in matrimonium elocare nollent, possunt  
nubere consentientibus consanguineis, et in-  
formato officio. Jagello 1425. H. p. 276.

Stat. Lit. C. S. Art. 9. S. 1. 2. f. 251.

Quicumque virginem nuptui tradens, cum  
viro eius pactum iniisset, assecurans scripto,  
quod post copulatum matrimonium nullo  
latenus apud Tutorem Substantiam pro-  
stulare velit, idque promitteret, talis as-  
securatio invalida erit, et sua jura pro-  
sequi poterit. Vladislavus Jagello. Stat. Lit.  
1425. Art. 1. f. 248.

In Polonia 12. Anni virgini competunt.

Vladislaus Jagello Cracoviae M. 186.  
 Si vidua nubat ignobili absque consensu  
 (consanguineorum), dotem suam, bona pater-  
 na, materna et successionalia amittit, et  
 hae facultates liberi primi mariti, aut  
 proximis consanguineis obvenire debent.  
 Atamen ejusmodi viduae (consanguinei de-  
 bent medietatem aestimatae Summae se-  
 ponere; dotem tamen amittit, neque tenen-  
 tur proximi affines ea solvere. Statut.  
 Lit. Cap: 3. Tit: 12. §: 204.

Si uxor adiret alium cepioni, vel venditi-  
 oni bonorum, in quibus habebat inscriptio-  
 nem dotis suae super hisce bonis; quod si  
 maritus possideat alia bona, aut portionem  
 aliquam, omnis Summa in hac dote de-  
 scripta manere et praecustodiri debet.  
 Pol: II. 1377. De locatione dotis §: 204.

Si uxor dederat Sterilis, tunc ejus dos, non  
 vero dotalitium debet restitui suis parenti-  
 bus, qui illam nuptui dederunt; quod si  
 parentes decepsissent, Fratribus: quod si  
 mortua haberet Sororem indotatam, neque  
 nuptui dotam, tunc ejusmodi dos non patri-

bus, sed sorori indotatae obvenit. Si au-  
tem fratres eam dotem sororis pro se assume-  
re vellet, tenentur. Sorori indotatae quadran-  
tem universae paternae Substantiae assi-  
gnare. At vero si nulla adesset soror non  
maritata, tunc ejusmodi dotem non sorores,  
sed fratres capiunt, et obtinent.

Stat. Lib. Cap. 5. Art. 19. S. 1. 2. 4. §.  
137.

Pro filiabus quadrans paterni aphis assi-  
gnari debet; hoc quadrante sorores, sive una,  
sive plures numerentur, exdividi de-  
bent. Stat. Lib. Cap. 5. Art. 19. S. 2. 3. §.  
137.

Extra matrimonium liberi nati sunt il-  
legitimi

### Caput V. De liberis illegitimis.

Illegitimi nec in bona, nec in nobilitate  
succedunt S. 36. pag. 971. 1578. Stat.  
Lib. Vol. II.

Nobilis cum concubina cohabitans, et pro,



lem de eadem progenerans, si eam in ma-  
 trimonium ducat, proles per subsequens  
 matrimonium non potest nobilitate gau-  
 dere, neque illis pater a liberis et con-  
 sanguineis quidquam inscribere potest:  
 (neque illis pater in praesidium libero-  
 rum et consanguineorum quidquam in-  
 scribere valet :) 1578. pag. 912. Pol. II.  
 de Prole illegitima Stat. Lithuan. (ap. 3  
 Art. 28. §. 2. pag) : 36.

Pro noto reputari debet, si illum pater  
 abdicet, nec proprium fateatur, modo id  
 non radente via fecerit, nec eundem domi pro-  
 suo non tractaverit; idem intelligi debet  
 de matribus, si tantummodo ita, quomodo  
 modum et patres in secundo matrimonio  
 non obijciant. Stat. Lithv. C. 9. A. 28.  
 §. 3. 4. §. 36.

Nobiles aliquando Curatela et Tu-  
 telae subsunt. Conit. Anni 1768. §.  
 807. Titulo: Elucidatio Constitutionis  
de illegitima prole.  
 Statuimus ut proles utriusque sexus, or-

divinis equestris ex matrimonio solemniter  
copulato post Constitutiones superius  
expressas suscepta, abire in bonam  
parontum, quam proximorum (con-  
sanguineorum) succedat.

At vero prolem extra matrimonium  
solemne susceptam et moderna  
constitutione a succedendo in bona, et ab  
omnibus praerogativis Ordinis Equestris  
excludimus vigore praesentis Constitu-  
tionis.

## Caput VI.

### De Tutelis et Curatelis.

Frater Fratris minorennis bona non alienet,  
debita vero fratris ex communi solvat 177.  
f. Si fratri seniori in causa aliqua si-  
lentium imponitur, nec junior hanc  
causam renovare potest. 179. f. H.

Pol: I. fol: 213.

Minorennis dum veniunt ad annos discre-

tionis possunt agere, praescriptione non ob-  
stante, cum illis, a quibus putarent sibi  
esse praesudicatum, ad tantum pro suo inter-  
esse. 285. f. H. Pol. I. f. 29.

Tutor nihil in perpetuum de hereditate pu-  
erorum disponit, si neque illum limita-  
bit. 308. f. Pol. I. f. 44.

Tutor rationem solum dare de jumentis in-  
domitis tenetur. J. I. S. 46.

Pater liberis ac uxori tutores dare potest.  
309. f. 51.

Tutores ad calculum tenentur S. 78. p. 692.  
1563. Sig. Aug. Pol. II.

Cupilli masculi ad 13., foemellae ad 12. in ju-  
dicio respondere non tenentur. Pol. I. fol. 75.

Hadist. Jagello No 1120.

Per venditionem bonorum ad pupillos spe-  
tantium sine decreto Magistratus Domi-  
nium non transferuntur, vel si adsit decretum,  
sed causae ob quas bona Pupillorum vendue-  
liet, non adsint — sunt autem causae se-  
quentes quatuor:

1<sup>ma</sup> Solutio dotis

2<sup>da</sup> Si pupillis alimenta necessaria

comparare non possunt

3<sup>ta</sup> Damna ex usuris, vel obligationibus  
provenientia

1<sup>o</sup> Liquidorum debitum solutio §. 554.

§. 9. Tit. III. De Tutelis et Jure corre.

Lo Prussiae.

Pupilli antequam annum 25. expleverint,  
nisi ex iis causis, ex quibus et tutores bo-  
na sua alienare possunt §. 554. §. 17. Titulo  
de Jure correcto Prussiae III. de Tutelis.

Tutores praeter dolum, aut culpam latam  
nil amplius praestare tenentur §. 555. §. 17.  
Titulo de Jure correcto Prussiae III. de Tutelis.

Pupillus Tutori ob male administratam Tu-  
telam actionem instituiere potest intra tres  
annos et tres menses praescriptione non  
obstante §. 559. §. 19. Tit. III. de Tutelis in  
Jure correcto Prussiae.

Mulieres in aliena cura et tutela semper  
sunt; uxores tamen cum maritorum consentu  
tutore adhibito liberam disponendi facultatem  
habeant §. 558. §. 20. Tit. III. de Tutelis in  
Jure correcto Prussiae.

Pupilli nisi annos 24. ad minimum 20. at,

tigerint, non possunt debita contrahere, in-  
scriptiones facere, singraphas dare, Merces pro  
(Credito accipere, sub amissione Summarum,  
sive numeratae pecuniae et creditarum mer-  
cium). §. 223. §. 1708. A°.

Transactiones inter tutores et pupillos, ma-  
jorennos et minorennos fratres, in quibus  
dolus deprehenditur, etiamsi in omni forma  
et cum omnibus solemnitatibus factae sint,  
sunt nullius valoris. §. 223. §. 1708.

Si quis extra limites discesserit, debet ac,  
ministratorem bonorum relinquere, si eodem  
non constitaverit, aut si vivum Curatorem  
domi reliquerit, Patre intercal, dum ille  
moraretur, mortuus, Officium trimestre inte-  
rini Curatorem constituere debet. Stat. §.  
C. 3. Art. 16. §. 3. §. 77.

Tutoribus et parentibus perquisitio mino-  
rennium suarum virginum vi raptarum  
incumbit de jure, juxta consuetudinem de  
liberatione captivorum 1607. §. 348. Titulo  
de Rapto; haec vero constitutio extat 1588.  
§. 462. Titulo de Captivitate Pol. II.

Utroque parons, tam pater, quam mater

27  
nil coacti liberis assignant. Si tamen pa-  
ter post fata uxoris suae, respectu autem  
liberorum matris, ab ipse facta aliqua inscri-  
ptione, bona possideat, debet haec liberis red-  
dere, attamen ad calculum reddendum non  
obligatur. Cap. 3. Art. 40. pag. 105.

Si pater moriatur, non relictis per testamen-  
tum liberorum suorum tutoribus, tunc Tutela  
eorum Patruelis incumbit, sive proximis  
consanguineis, non vero matri, sed Tutores  
filios ad se sumere non possunt ante annum  
primum, et tempus ipsos ad scholas dandi —  
iam vero filiae penes matrem residere debent,  
atque nuptui tradantur; nihilominus Tutores  
omnibus ejusmodi liberis alimentis et necessa-  
riis providere tenentur ad proportionem sub-  
stantiae. Stat. Lith. Cap. 3. Art. 11. §. IV. § 233.  
Triplex sunt tutores testamenti. Hadis Jagello  
H. p. 239.

1<sup>mo</sup> Agnati sive naturales 1563. de Tutoribus  
p. 100. §. II.

2<sup>do</sup> Fratres germani 1588. Eodem de dotandis  
Sororibus §. 161.

3<sup>to</sup> Assignati, sive additi 1588. de complicibus

16.  
24  
-minorenibus §. 166. Pol. II.

Pater Tutor suorum liberorum calculum ipsis reddere de bonis illorum non tenetur, liberorum tamen possessiones alienare non potest, quod si alienaret, liberi a possessoribus ea bona vindicare possunt. Stat. Lithv. Cap. 6. Art. 2. S. 1. §. 242.  
Tutores et debent esse, quos pater testamento designaverit; quod si pater non designaverit, sive non constituerit tutorem, frater natus maximus, illo vero major natus adhuc minorum, tum patrueles, item Senior eorum; quod si non adessent proximi patrueles, tum alii propinqui, hiis mortuis, unus aliquis caeterorum affinitum Senior — Ubi vero tutores ex linea paterna non adessent, tum ex linea materna Avunculi et caeteri cognati debent esse Tutores; praeterea deficientibus cognatis ex utraque virili, tum debent esse tutrices, sive in locum Tutorum subrogantur etiam foeminae ex linea paterna Seniores, atque liberis consanguinitate proximae; deficientibus autem Matronis ex linea paterna, tunc Matrona ex linea materna tutelam assumere debent. At, tamen ejusmodi debent esse, quae et maritos, et sufficientes possessiones habeant.

25  
Prodsi etiam mariti sui vellent esse tutores, il-  
ludque officium sibi incumbere coram foro com-  
petente testarentur, si bona uxorialia decissent,  
in casu defraudationis pupillorum, etiam in  
bonis mariti pupilli liberi suam injuriam  
prosequi possunt.

Tutores debent esse possessionati, hic ubi tute-  
lam assumunt; exceptis tutoribus, si testamen-  
ti relictis, quos pater constituit. Statutum Lith-  
vaniae (Cap: 6. Art: 3. §. 1. 2. §. 243.

Tutores ü debent esse, quos pater constituit.  
Pladis. Sagello H. pag. 289.

Prodsi pater in testamento nullum constitutus  
erit, tum Frater natus major Tutor erit.  
§. 588. de dotatione Sororum §. 461.

Hoc non existente succedunt in jura tutoria  
Patruus et Avunculi. Stat: Sagello 1425.  
H. pag. 296.

Ecclesiastici tutores esse non debent, praeter  
eos, qui bona sua in hoc districtu possi-  
derent paterna, materna; insuper quavis  
jura acquisita, modo non sint ecclesiastica.  
Stat. Lithv. (Cap: 6. Art: 3. §. 4. §. 244.



17  
26

In vim sollicitudinis et Curae tutoriae p<sup>9</sup>  
sunt auferre pro se tutores decimam partem  
proventuum. Stat. Lithv. (C. Art. 4. §. 2.  
fol. 245.

Pupilli de hereditate, vel de alia gratia,  
que se non debent in iudicio respondere, sed  
expectandum est, donec ad annos competen-  
tes perveniant; modo pars aetria praeteri-  
tionem non incurrerit, cum ad aetatem  
competentem pervenerint. Casimirus  
Magnus Poloniae 1368. H. p. 287.  
Minorenes tenentur respondere.

1<sup>mo</sup> Quando illos quidam ex bonis op-  
pignoralis, sive hypothecatis ex-  
solvere vultet, tunc Tutores debent au-  
cipere pecuniam. Casimirus Ma-  
gnus 1368. Stat. p. 287. C. 1388. f. 466.

Si tamen pupilli punito restituendi pigno-  
ris ad iudicium citarentur, Tutor vero re-  
monstraret, quod ea bona iure hereditario,  
sive iure perpetuitatis reuera sint pau-  
pillonum - Causa sed Competentiam an-  
noum differri debet.

2<sup>do</sup> Si pater fideiussent, et tante vita

7  
dauper in ius vocatus fuisset, tunc proles hoc  
soluere tenentur. *Ibid.* Herb.

3<sup>ta</sup> Si pater stante sua vita habeset procepsum  
propter ius haereditarium, atque illud non aspecu,  
tus, morretur, tum liberi per tutorem debent  
respondere. *Ibidem* in Herburt.

Quod si tantum simpliciter citaretur, utque ante  
annum, ad primas citationis incidentes mo-  
reretur, tunc ejusmodi causa differri debet ad  
annos competentes.

4<sup>to</sup> Debitum paternum debent liberi exsol-  
vere.

5<sup>to</sup> Si pater extruderet aliquem ex bonis,  
vel subidos expelleret ex pacifica posses-  
sione, atque tum morretur.

6<sup>to</sup> De transfugis et subdilis paternis,  
tam stante paterna vita, quam sub tutore  
adfugientibus. *Stat. Silhu. Cap. 6. Art.*  
*X. §. i. 2. 3. 4. 5. 6. p. 247.*

Si pater bonis haereditariis, aliusq. divon-  
ditis morerentur, liberi tenentur evictio-  
nem praestare Emptori bonorum. *Conve-*  
*tudo Ferrae Cracoviensis A. 1505. H. p.*  
*288.*

18.  
24

Si natus maximus bona fratrum minorennium  
qua Tutor teneat, tunc tam de bonis, quam  
de alia quavunque re citatus respondere debet,  
non exspectata minorennium competentem ae-  
tate.

Item natus Major assensu competentem  
aetatem, nulla excusatione reliquorum mi-  
norennium habita, de exdivisione bonorum  
inter Consanguineos justificare se, et par-  
tem ex Massa civis obvenientem ac-  
qualem, de jure ducam assignare; quodsi ali-  
quid de jure et exdivisione natus major perdi-  
derit, minorennis fratres assensu competen-  
tem aetatem, damnum suum non a fratre,  
sed a Possessore rei amissae repetere de-  
bent, nisi forte praescriptionem terrestrem  
tacendo admisissent. Natus tamen major  
portionem suam jure prosequi non potest.

Stat. Lithv. C. C. Art: G. S. 25. f. 248.

Libertum etiam natus majori non exspe-  
ctata minorennium fratrum aetate, quam-  
libet rem jure vindicare ab injusto pos-  
sessor, lucrum vero emergens inter fratres

exdividendum. Stat. Lithv. (Cap. C. Art: 9. §. 4. f. 248.

Tutor causam limitum instituire non potest. Casimirus Polonia 1363. H. p. 248.

Tutor, si quas injurias viciniis intulerit, super ejusdem bonis repetitio facienda. Stat. Lithv. C. C. Art: 14. f. 252.

In jure nostro nullae reperuntur Constitutiones de personis spiritualibus, hinc

# Caput VIII. De Clericis.

Defuncto Abbate Episcopus curam gerere debet Ecclesiae, Proventus vero bonorum penes Religiosos in magna potestate relinquendi. Quae aliter Abbas fieret, quam docet Constitutio, debent in illum extendi poenae contra Carthusianos A<sup>o</sup> 1638.

1540. Stat. S. 34. pag): 1224. 1588. Pol: II.

Possessiones Seculares, sive bona secularia Ecclesiastici tenere non debent. 1605. §. 24. 1607. Vol: II.

19  
20  
Bona terrestria a statu equestri alienari  
non possunt, in alias quam in equestres per-  
sonas.

Excipiuntur spirituales, qui bona patrimo-  
nialia, sive etiam quaesita tenent.

Si quis clauistro se maniparet ante annum  
ubi annus est Novitiatus, et sive ante duos  
annos ubi biennium Novitiale peragitur, et  
ante professionem liberum ei erit bona ali-  
enare in rem status equestris; post expe-  
ritum autem praedicti spatii temporis, liber-  
um etiam erit cedere proximis consanguineis,  
is; aut si hi nolent, vel non possent tene-  
re, iuris alteri de statu equestri talia bona,  
iuxta taxam sive aestimationem, quam  
Judicium terrestre cum duobus proximio-  
nis consanguineis conficere tenetur, sub  
nexu iuramenti; Summa per ea Acta depo-  
sita, occuparet et retinere, ac si ad illos  
per successione devoluta essent. Si vero,  
quibus post factam professionem successio  
evenit, libero jure bona acquirunt, sed  
ea alienare non possunt, administratio  
manet penes proximiores consanguineos,

34  
illi vero medietatem proventus, alteram me-  
dietatem Consanguinei ad sustentanda onera  
publica acquirunt. L. 10. f. 355. Pol. III. 1635.  
Herb. f. 287. A. 1527. V. 1. f. 178. Sigis,  
mundus I.

Libris Beneficiorum contra bona equestris  
Ecclesiastica evincunt nihil, praeter fundos  
ecclesiae adjacentes et decimas. L. 18. f. 359.  
1603. Pol. III.

Ingredientes religiosum Statum, absoluto  
Novitiatu, mox tenentur abdicationem coram  
actis sive castrensibus sive terrestribus de-  
ponere in rom. Successorum, nec debent per-  
cipere census, illosque disponere, neque  
Substantiae paternae curam gerere, tametsi  
esset natus major, vel unicus successor, neque  
etiam portionem successionalis concernentem  
praetendere, sed tantum decima parte Successi-  
onis sibi evincentis contentus esse debet.  
pag. 63. - 1764.

Si superior personam non sui juris su-  
scipiat ad Conobium, sine consensu Eius,  
cujus interest, ad Acta Territoria citatus su,

perior eæ bonis, sive Summis recemionalibus eccl.,  
siasticis 1000. Marcis puniri debet. f. 267. 1764.

De dotibus monialium ad propria Cœnobiaz idem in-  
telligendum est, quod de Religiosis, eo adjuncto:  
quod Expeditis mulieribus ad Cœnobium non debet  
easolvi in paratis Summis, sed comparatis su-  
pellectilibus, at vero portio Substantiæ Monia-  
libus tantum ad vitæ tempora inservire debet,  
cum reditu ejusdem ad Successores Sanguinis.  
f. 351. 1764.

Fundationibus bona exempta insubjecta,  
et litigiosa prætextu decretorum et Exactionum  
caram foro illegitimo obtentorum applicari  
non possunt; liberumque est Successori-  
bus illa jure prosequi. 1676. f. 13. Vol. V.

Tam Nobiles, quam Collegia Clericorum  
habent suos Subditos, quos Cmethones  
vocant, hinc

### Caput VIII.

#### De Cmethonibus.

Si Cmethonibus alterius villæ aliqua violentia

illata, non Emethonus, sed Domini villarum illarum agere debent. p. 260. Heriburt.

Nemo apud Emethonem absque voluntate Domini, cuius juris bona sunt, vel terra, secundum seu agrum neque conducere potest, neque emere: quodsi conduxerit, vel emerit pecuniam perdit, — idem homo, cuius terra est, non reddita pecunia, agrum suum recipere debet. Statutum Lethvaniae Capite 9<sup>no</sup> Article 27. S. 1. folio 504.



# Lars. Secunda

## De Jure Rerum

### Titulus I.

#### De Rerum Divisione et ad- quirendo earum Do- minio.

*A Feste S. Adalberti usque ad congregatio-  
nem omnium frugum in alterius bonis sine  
voluntate ejusdem renovare non licet. §. 264.  
Hesburt.*

*Fluvii Pistula, Borysthenes, Cyrus, Nar-  
via, Sarla, Dunajecius, Sislaca, Hispanis,  
Styrai, Wicpitz, Tysmienica, San, Ni-  
da, Crasna sunt regii, nec in eis obsta-  
la navigantibus poni possunt. Sol: I. Ca,  
simirus Jagello 1447. f. 107. Henr. Joan,  
nes Albodus Sol: I. A. 1496. f. 257.*

*Extranei bona terrestria adipisci non possunt,  
si adquirunt medietas Fisco, medi,*

37  
etas delatori cedat. pag. 1510. S. 49. A.  
i. 60j. Sol: II.

Civitates, earumque cives bona terrestria  
equestris sub amissione eorum acquirere  
non possunt. S. 31. p. 14. 16j. Sol: III.

Per venditionem bonorum ad pupillos spe-  
ctantium sine Decreto Magistratus Domi-  
nium non transferitur, vel si adsit decretum,  
sed causae, ob quas bona pupillorum ven-  
dere licet, non adsint. Sunt autem cau-  
sae sequentes 4.

1<sup>a</sup> Solutio Dotis.

2<sup>a</sup> Si pupillis alimenta necessaria ali-  
ter comparari debeant.

3<sup>a</sup> Damna ex usuris aut obligationi-  
bus provenientia.

4<sup>a</sup> Liquidorum debitorum solutio solio  
634. S. 9. Fitt. III. de Tutelis Cor.  
recto Prupiae Herb. 1598.

Leporis in fundo alieno, antequam mensis  
scilicet fuerit, canibus, venationeque por-  
sequi non debent sub poena trium Mar,

22.  
21.  
corum. *Stadislavus Jagello Cracoviae 1425. Her.*  
*p. 541.*

*Bona terrestria ù possunt acquirere, sive  
modo Hypothecae, sive donationis, Emptio-  
nis, qui respectu personarum suarum nul-  
lam habent praecminentiam, et gaudent aequa-  
litate atque paritate Juris. Pol. III. f. 666.  
A. 1661.*

*Bona Nobilitaria a Statu equestri nec  
in titulo donationis, nec emptio-nis, vendi-  
tionis, nec successio-nis alienari possunt.  
Pol. III. A. 1655. f. 855.*

*Si in Metropolitibus urbibus Heredes aut  
Creditores per 60. annos ad fundum vacuum  
nullam requisitionem fecerint, et onera publi-  
ca non easolverint, in anno post Constitutionem  
Anni 1269. hi fundi Urbibus adjudicantur.  
Pol. II. f. 85.*

*In quo quis districtu bona non habeat, et  
iamsi in aliis Districtibus possideat, in  
eodem districtu pro impositione repen-  
dendus. Statutum Lithvaniae Cap. 7.  
Art. 18. fol. 269.*

Si fluvius in unam aliquam littoris partem  
pedulentim derivaret, hoc augmentum, sine peni-  
insula penes illum manere debet, cujus est  
fundus. Quodsi fluvius impetu eluvionis  
alio diverteret, alveus antiqui fluvii debet ipse li-  
mes, et si aliquod lucrum ac emolumentum in  
eodem alveo conspiceretur, quivis possessorum  
medietate ejusmodi gaudere debet. Sin vero  
aliquis de industria fluvium alio derivaret,  
mandandum illi est, ut eundem fluvium suo  
antiquo alveo restituat. Stat. Lithv. (ap.  
g.º Articulo 20. S. 1. 2. folio 298.

In alieno fundo aggeres construere non licet,  
praeterea etiam in proprio fundo molendina  
exstruere, et stagna derivare = . Ita vero li-  
citurum est, ut per hoc nullum damnum vi-  
cini fundi patiantur. Sed si eveniret, ut  
molendinorum per eluvionem aut defectum  
aquae nullus esset usus, in hoc casu Causator  
damni absque consensu vicini Possessoris, cujus  
fundus eluvione submersus extiterit, vel inun-

13.

datus reperiretur, Cursum Alvei deprimen-  
re, damnum resarcire, et R. Publiconis gros-  
sorum pro violentia facta solvere tenetur.  
Statutum Lithv. Cap. 9. Art. 21. S. 1. 2. 3.  
f. 299.

Qui thesaurum eruerit in proprio fundo, il-  
li ipsi totus cedit, qui vero in alieno, medietate,  
tem sibi accipere, medietatem Domino fundi  
reddere debet. Pariter in oppignoratis vel  
hypothecatis bonis per medietatem partici-  
pare debent. Stat. Lith. Cap. 9. Art. 30.  
S. 1. 2. f. 305.

In alieno fundo venari non licet - prae-  
damque obtentam Senator abundanter solve-  
re debet. Quis imo, vulneratam feram, eam-  
que aufugientem in alienum fundum, ulterius  
persequi non potest. Lupum tamen et vul-  
pem canibus persequi etiam in alieno fun-  
do licitum, modo aliquod damnum eidem  
non inferatur. Stat. Lithv. Cap. 10. S. 1. 2.  
3. 4. Art. 1. fol: 307.

Si adquirimus modo derivativo, adquirimus

29  
jus alterius, idque consentiente altero, vel non.  
Non consentiente altero, adquirimus per  
praescriptionem, hinc

## Titulus II. De Praescriptione

Fratres, qui divisi sunt, et in hac divisione  
per tres annos et tres menses steterint, ad Judi-  
cium non provocantes, nisi causa justa adit  
impeditae praescriptionis, a repetitione, seu  
vindicatione partis haereditatis fratres sui le-  
gitimi excluduntur. 146. f. H. Pol. I. f. 40.

Frumentum mutuatum intra quatuor an-  
nos repetatur. 182. f. H. P. I. f. 21.

Contra intercepta jumenta unius anni cur-  
rit praescriptio, si sint furto ablata, duo-  
rum annorum. Pol. I. f. 32. A<sup>o</sup> 1549.

Ab inscriptione Intromissionis omnis praes-  
criptio acquirit initium. Excepta Masov-  
ae Pol. II. f. 940. A<sup>o</sup> 1576. f. 221. H.

Minorennibus praescriptio non nocet. H. 283.  
284. Casimirus magnus P. I. f. 29. A<sup>o</sup> 1346.

24  
no

Mercator per triennium debitum in Regestris  
ejus a Nobili non repetens, amplius illud re-  
petere non potest. 278. f. H. Pol. I. f. 558.

Contra Moniales a facta professione Religio-  
nis intra 20. annos de hereditate non agentes,  
praescribitur. 288. f. H. Pol. I. fol. 589.

In obligationibus 30. Annorum praescri-  
ptio observanda, et si quis per 15. annos  
protestationem ratione oppugnatae hereditatis in-  
termisit, ab omni jure obligatae hereditatis  
se sentiat recedisse. S. I. f. 73. intra 5. vel 10. an-  
nos, vel cum sibi placuerit, fiat renovatio.  
388. f. H. P. I. f. 19.

Mulier maritata decennio praescribit. 334.  
Pol. I. f. 20. 41. H. 1347. Casim. Mag.  
Pol. I. f. 41.

Praescriptio tempore belli non currit, item  
Captivis factis per Tartaros praescriptio  
non nocet. 334. f. H. Pol. I. f. 20.

Finis trium annorum et trium mensium  
praescriptio currit. S. I. f. 19. & 41. Et qui  
emit villam, nec majorem ejus partem  
solvit, si per 3. annos, et per 3. menses

quiete possideat, Contractus amplius rescindi  
nequit, f. 335. H. P. I. f. 21.

Emptor villae contra Propinquos, Creditoresque  
vendentes triennio, et tribus mensibus praescri-  
bit, f. 333. H. Pol. I. f. 74. Cas. Mag. A<sup>o</sup>  
1547.

Qui per tres annos et tres menses contra posses-  
sores haereditatis non agit, ab omni jure se-  
sential excidit. f. 327. H. P. I. C. Mag. A<sup>o</sup>  
1547. f. 19.

Contra novem emptorem vicini respectu limi-  
tum a die, qua fuerint ad tradendos limites vo-  
cati, intra tres annos et tres menses agat.  
Pol. I. f. 76. A<sup>o</sup> 1420.

Contra Judaeos quoad inscriptiones et obligati-  
ones trium annorum praescriptio. P. I. f. 257.  
A<sup>o</sup> 1496.

Ordinatio, id est fideicommissum ab ipse con-  
sensu reipublicae fieri nequit. L. 53. y. 16.

A. 1669. Pol. V.

Testamento de bonis immobilibus disponere  
non licet, neque Summas ullas testamento  
super bona, capitulas, fundos tam civitaten-  
quam terrestres inscribere non licet. f. 368.

L. 48. A. 1676. Pol. V. atque ejusmodi Sum-  
mas, non obstantibus quibusvis capitulis, suc-  
cessores requirere possunt.

Si non sit testamentum in jure factum,  
aut saltem manu testatoris subscriptum,  
ad acta oblaturum, debet saltem testatoris  
manu, et adhuc aliorum trium testium  
fide dignorum subscribi. Si vero testator  
scribere nesciat, quartus testis in praesen-  
tia ceterorum nomine illius subscribat.

Pol. VI. f. 552. Titl. II. De Donationibus  
et Testamentis §. 3. in fine correcto. Conflicta

Legata et inscriptiones super domos ac lapideas ad causas pias sub nullitate facere non valent. f. 275. 1768.

Testamentis de rebus mobilibus liberum est civis disponere favore personarum secularium, jam vero legata et inscriptiones per testamenta a decumbentibus in lecta aegritudinis in rem status spiritualis prohibentur. f. 250. 1768.

Testamenta condere non possunt, qui non habent liberam rerum dispositionem, quales sunt:

1<sup>mo</sup> Omnes ante 20. annum. Constitutio pupillaris.

2<sup>do</sup> Religiosi post professionem in religione privilegiata.

3<sup>to</sup> Filii a patre indivisi, praeterquam de rebus propriae acquisitionis.

4<sup>to</sup> Qui alienae potestati cum omnibus bonis subjiuntur.

5<sup>to</sup> Juriosi.

6<sup>to</sup> Banniti, Infames. Stat. Lith: Cap. 8. Art: B. S. 1. 2. 3. 4. 5. 6. f. 274.

Testamentum coram officio conditum non valet, quod si officium non adfuerit, saltem unus

Castrensis aut terrestris Officialis et duo Nobi-  
les; quod si etiam ille unus Officialis non  
reperiretur, coram tribus Nobilibus con-  
ditum testamentum valet, qui autem scribere  
sciunt, subscribere ipsi tenentur, et sigillum  
apponere. Defuncto testatore coram Officio  
testamentum publicetur. Stat. Litho: 68.  
Art: 2. S. 1. 2. 3. 4. f. 275.

Testamentum semper mutari licet, et po-  
timum valorem ac jus obtinet. Stat. Litho.  
1. 8. Art: 2. S. 5. C. f. 275.

Testamenta quae sunt Ecclesiastica, quae  
secularis Junis S. I. f. 380. recensentur.

Ubi aliquis non potest habere tres testes,  
ad minimum duos Nobiles adhibeat, in  
bello coram Ductore Exercituum, aut Stadi-  
lifero Districtus testamentum faciat, et hi  
testes debent jurare. Quodsi contingeret  
in aliena terra, tum coram ejusdem Officio  
juri debet, et transcriptum. ex eodemmet  
Officio debet, nihilominus coram Officio pro-  
prio declarari. Is vero, cui per idem

testamentum aliquod debetur, juxta, quod et ex  
bona voluntate, et cum praesentia animi testa-  
mentum conditum fuerit. Stat. Lith. L. 1.  
C. 8. Art. 4. S. 1. f. 276.

Ad testamentum testes esse nequeunt :

- 1<sup>o</sup> Indigni condere sua testamenta.
- 2<sup>o</sup> Mulieres,
- 3<sup>o</sup> Executores,
- 4<sup>o</sup> Tutores ejusdem testamenti,
- 5<sup>o</sup> Si omnes, quibus in testamento aliquid in-  
scriptum est. Stat. Lit. C. 8. Art. 5. S. 1.  
L. 3. 7. f. 277.

Unus articulus contra legem factus, totum  
testamentum invalidare non potest. Quod e-  
dem de quibusvis inscriptionibus intelligi  
debet.

Si fors in articulo, in loco necessario, in da-  
mnum tertii fuerit evasum, ejusmodi testa-  
mentum invalidum est. Stat. Lith.  
Cap. 8. Art. 6. f. 278.

Pir de plebe, sive Civis urbium privilegiatur  
et (melius potest per testamentum tertiam  
partem rerum mobilium cuius legare; duas  
autem partes relinqui debent pro liberis, quod  
si liberi non adfuerint, pro domino, cuius ter-

nam incolebat. Cap. 8. Articulo 9. §. 279.

## Titulus XIII.

### De Successione ab Intestato.

Dotatitium debet ad Successores primi mariti devolvi §. 179. A.

Si pueri primae uxoris portionem suam aequalem a Matrē eis sponte ex divisione perpetua oblatam obtinuerint, tunc portio secundae uxoris filiis, aut filiabus eisdem cedere debet integraliter. §. 146. 150. M.

Fratres uterini etiam in bona patrimonialia Sororum succedant sororibus dotatis. A. 1546. §. 150. A. Cas. M. V. I. §. 45.

Villani vel Civis sine prole descendente detur calix ad Ecclesiam pro Maris et media, reliquum ad Consanguineos vel affines devolvatur. V. I. Cas. M. §. 24. A. 1547.

Si sorores habent patrones, fratres, illi hereditates possunt taxare, et intra annum

parata pecunia pretium persolvere sororibus,  
lapso hoc tempore filiae perpetuo heredita-  
tes obtinebunt. P. I. f. 39. Vide f. 74. Si  
non sunt fratres germani sororibus cedunt  
omnes possessiones. P. I. f. 38. Vide f. 74.

Filiae si non habeant fratres germanos,  
sed tantum patruelos haereditant, et partem  
inter patruelos vel alios, amicos de non  
receptione bonorum non valet. f. 74. H.  
f. 74. P. I. N.º 1420.

Fratricidae, parricidae, sorricidae, et eorum  
liberi non succedunt in bona eorum,  
praeterea authores ipsi infames judi-  
cantur. H. f. 179. P. I. 26. f. H.

Si bona in mortales jure haereditario de-  
volvantur, agnati medietatem Proventus  
ex his ipsis ad vitae tempora solvere  
debent, post eorum mortem agnati suc-  
cedunt. Stat. Sig. 1527. Verb. f. 287.

Illegitimi neque in bona, neque in nobi-  
litate succedunt. S. 36. p. 971. 1598.

Jus successione legitimae usque ad octa,

7  
vum gradum inclusive, seu bona Testis  
cedunt. 1210. §. 8. A. 1533. §. II. Correcta  
Cruftiae.

1<sup>mo</sup> Succedunt liberi, eorumque Successores;

2<sup>do</sup> Fratres et Sorores, vel eorum liberi.

3<sup>o</sup> Ascendentes.

4<sup>to</sup> Collaterales. V. C. §. 549. 550. 551. 552.

Quis Correctum Cruftiae Tit. I.

<sup>1<sup>mo</sup></sup> Quoad primum ordinem liberi vel sunt filii,  
vel filiae; si sunt filii, si soli succedunt,  
succedunt in capita, si vero succedunt cum  
liberis suorum defunctorum fratrum, suc-  
cedunt in stirpes: si sunt filiae existenti-  
bus fratribus, nec in paterna, nec in mater-  
na bona succedere possunt. Si dotem a  
parentibus in scriptura, vel exemplo alterius  
filiae assignatam habent, si non: tunc fra-  
tres assumptis duobus proximioribus ex  
linea paterna, et duobus ex linea materna,  
dotem intra spatium unius anni et sex  
septimanarum a tempore mortis parentum  
assignent, seu sorores cum fratribus in aequa,



les portiones succedunt.

2<sup>o</sup> Quoad secundum ordinem, fratres vel eorum liberi, si patribus succedunt soli si succedunt sororibus, una cum sororibus defunctibus patribus, vel eorum liberis, primae sorores, earumque liberi ad successorem vocantur. Sed notandum fratres vel sunt germani, vel consanguinei, vel uterini, germani succedunt in omnia bona, consanguinei in bona paterna, in materna vero reliqui consanguinei etiam remotiores.

Uterini in bona materna, in paterna alii agnati, etiam gradu remotiores.

Hic etiam observandum axioma: quod profectuum bonorum defuncti eadem natura, quae patrum.

Hoc loco observandum, quod usus est contrarius. Soror Sorori excluso patre. Frater Fratri excluso sorore succedit. Videtur id fieri in fundamento Statuti Cas. M. 1544. H. f. 130. P. I. f. 43. ubi dicitur,

quod virgo a patre competenter dotata, a  
fratribus nihil amplius petat.

3<sup>to</sup> Quod tertium ordinem ascendentes suc-  
cedunt.

4<sup>to</sup> Quod quartum: Succedunt foeminae vel  
masculi omnibus suis collateralibus. sicut  
succedunt in stirpes, foeminae tantum so-  
roribus, Amicis maternis, Avunculis  
et aliis cognatis una cum fratribus  
Defuncto Peregrino intestato, nullam re-  
linquente prolem, succedunt haereditates,  
relicta eorum omnium Decima parte,  
vel in rebus ipsis, vel aestimatione, sicut  
in pecunia Civitati aut Domino Locii, in  
quo peregrinus iste est versatus.

Hoc beneficio propinqui triennio tantum  
gaudent, si enim intra hoc spatium, ter  
quolibet anno vocati, cum authenticis docu-  
mentis propinquitatem probantibus non ve-  
niant, bona ad Fiscum regium devolvantur. f. 96.  
S. 23. 1768.

Post demortuum nobilem intestatum

Spiritualom, capiunt derelictum defuncti  
 patrimonium Successores ; hoc vero mo:  
 do : quod si fuisse Abbas, tres partes  
 debentur Successoribus, quarta vero Clau:  
 stro — si fuerit spiritualis secularis, De:  
 truncatis debitis, et tam funerariis,  
 quam aliis expensis, et subsequente boni:  
 ficatione, si desolatio ex parte Defuncti  
 in Ecclesia pateret, jam autem tres re:  
 liquas partes accipiunt Successores, et  
 vero quarta Ecclesiae, penes quam mane:  
 bat, eadem debet. f. 350.

In quantum autem hoc in casu suar  
 injurias perspicerent, et adverterent  
 Successores, coram Officio terrestri puta  
 Castrensi, ubi Defunctus inolebat,  
 cum Decano et Episcopo agere debent.

Ibidem 1768.

De dotibus monialium ad claustrum  
 idem intelligi debet, quod et de religi:  
 osis, hoc superaddito, quod expeditio  
 muliebri ad claustrum non debet fieri in

paratis Summis, sed comparatis suppele-  
tilibus, jam vero portio Substantiae Mo-  
nialibus tantum ad vitae tempora inser-  
vatura est, cum reditu ejusdem ad Luc-  
eflores sanguinis. §. 551. 1708.

Defunctis parentibus ad maternam sub-  
stantiam sorores et fratres conveniunt  
aequaliter inter se partituri.

Paternae vero Substantiae fratres  
capiant tres partes, at vero sorores  
quarta parte ex universa tota Substan-  
tia.

Si fratres non adessent, neque eorum liberi,  
sorores aequaliter inter se partiantur univer-  
sam Substantiam; quod si et Sorores deficiant,  
succedunt proximiores consanguinei, hae tamen  
conditione, quod paterna bona paternis, materna  
maternis adunt Successoribus. Stat. Lithuan.

Cap. 3. Tit. 17. §. 2. §. 78.

Uxor marito Defuncto penes dotem, et penes do-  
talitium conservatur; Caetera vero bona, super  
quae dotem, vel dotalitium non habuit, liberis

aut affinis relinquere tenetur. Jagello Craco,  
vice. 1425. St. p. 281.

Matri filii ac filiae succedunt ad aequalem  
divisionem. Stat. Lit. (S. Ar. 14. S. 1. f. 234.

Wladislaus Jagello. Cracoviae 1425. St. p. 278.

Si ipsa sterilis deciderit, tunc ejus dos,  
non vero dotalitium debet redire ad parentes,  
qui illam expediturunt, parentibus vero  
demortuis, ad fratres. Quod si mortua re,  
liquisset sororem indotatam, nec traditam  
nuptui, tunc ejusmodi dos non fratribus,  
sed sorori indotatae obveniat. Quod si fratres  
hanc dotem sororis sibi assumere vellent, de-  
bent sorori indotatae quartam partem ex u-  
niversa paterna substantia assignare.

Quod si soror nuptui tradita non adesset,  
tunc hanc dotem non sorores, sed fratres  
accipiant. Stat. Lithv. Cap. 5. Art. 19.  
S. 1. 2. 4. f. 237.

Pro filiabus assignari quarta pars ex uni-  
versa paterna substantia debet, et hae quar-

ta parte Sorores etiam si una vel plures fuerint,  
partiri debent. Stat. Litt. C. 5. Art. 10. §. 2. et  
§. 254.

Si pauper pauperem duxisset, postea vero  
substantiam acquisivissent, maritus vero de-  
functus fuisset non disposita substantia  
per inscriptionem vel testamentum, tunc ea  
omni substantia debet exdividi uxori ter-  
tia pars, et vero liberis duae partes, quos  
cum illo peperisset. Quodsi sterilis esset,  
tunc penes omnem substantiam conser-  
vari debet. Quodsi uxor sterilis decessisset,  
nulla cuiquam suae substantiae inscriptione  
facta, tunc post eius facta medietas sub-  
stantiae suis successoribus, et vero altera me-  
dietas in Successores mariti sui cadit. Idem  
intelligendum est de uxore, quae prior viro suo  
decessisset. Stat. Litt. C. 5. Art. 21. §. 1. 2. §ol.

Obs.

Successio, quae nisi post facta altera ces-  
sura est, et donec is, postquam cedit, in vivis  
existat, nemini inscribere potest, talisque in-  
scriptio invalida est. Cui tamen officio

defuncto testatore obveniret, tunc temporis, pro,  
ut placuerit, liberum est, suum jus in alie-  
rum transfundere. Stat. Lit. C. 7. Str. 4. S. 1.  
Cracoviae 1550. f. 4. S. Tametsi multa

## Titulus XIV.

### De Jure Lignoris.

Si judaeus super bona immobilia pecuniam  
dederit, Judaeo et pecunia et literarum pignus  
abjudicari debet. f. 237. H.

Bona terrestria ultra dimidium valoris eo-  
rum non possunt redemptionibus onerari.

Bona autem in vim redemptionis obligata, si  
per in possessione haeredum mancant, haeredes  
vero  $\frac{7}{100}$  solvant. Semper vero nullo obstante

praetextu, liberaverit, summam redemptionem  
in scriptam, citatione posita ad 12. hebdomadas  
ante redemptionem, in officio castrensi deponere,  
aut in capitulo, aut apud loci ordinarium,  
et bona sua liberare.

In extenuationem retentorum Censuum, potest  
et debet dari spiritualibus intromissio. §. II.  
§. 856. A. 1620. Pol. III.

Contractus oppignorationum, et obligationes in  
interpretationi tributorum non subiunt, et possi-  
ssores obligatorii ad calculum reddendum non  
adigantur. hoc praecavito, ne fors praetensio  
ad heredes respectu non correspondentiae lo-  
cum habeat, nihil sibi usurpent; nisi ad-  
ditamentum, vel reparatio contractu prae-  
custodita, processu decreti, et iuramentis  
evitata fuisset, salvo decretis et transacti-  
onibus anterioribus.

Hoc vero non concernat eos, qui pro solum  
processum in contumaciam bona tenent; quo-  
niam tales ad calculum tenentur. §. 457.  
§. 94. 1726. Pol. VI.

Sub jus expulsiōnis intrudens se, non tan-  
tum refundere damna, sed poenis duplicatis  
eādem Constitutione praescriptis puniatur.  
§. 238. §. 97. A. 1726. Pol. VI.



Dos ad uxorem ejusque haeredes spectabit.  
 Contra-dote ita fructus ad vitae tempora,  
 ut praestare debeat successoribus mariti cau-  
 tionem de restitutione ejus post mortem  
 suam.

Qui priorem inscriptionem habuerit,  
 ejus etiam est jus potius super bonis oneratus,  
 tametsi posteriori proscriptum, et tametsi  
 alius aliquis prius proscriptum obtinuerit  
 ad posteriorem inscriptionem. 1588. f. de  
 Palord. P. II. f. 1219.

Si quis bona in aliqua Summa teneret ob-  
 ligata, alter vero allegaret debitum, quod pa-  
 riter Summa super eisdem bonis eidem in-  
 scripta fuisset, aut de lege decisa, ille vero  
 ab anno in inscriptione posito, aut ab de-  
 creto judiciali praescriptionem terrestrem  
 decem annorum non subiunxisset, haec vero  
 bona utriusvis Summae hypothecam constituta  
 erant, tum is, qui potiore Summam loca-  
 tam viduit, Summam minorem exsolueret



debet, aut uterque iudam tertio haec bona  
 in utraque Summa obligare, oppignorare,  
 et pecuniam inde acquisitam partiri inter  
 se poterit. Quodsi bona insufficientia utrique  
 Summae adinvenirentur, tunc, qui illorum  
 prior habuerit legitimam et justam inscrip-  
 tionem, ille idem penes bona conservetur,  
 reliqui vero cum posterioribus inscriptionibus  
 summam suam ab Evictore repitent. Stat.  
 Litho. C. 7. Tit. 2. §. 2. p. 261.

Si alter alteri obligaret vel oppignoraret bona  
 in spatium annuum, anno vero exacto non  
 exsolventur, tunc Oppignorator obligata bo-  
 na retinebit usque ad annum sequentem iux-  
 ta inscriptionem suam super hoc datam.

Si alter alteri oppignoraret, idemque exso-  
 luto aere decipisset, Successores ejusmodi  
 literas in oppignoratione exaratas non  
 attendent, sed quandoque paratam pecuni-  
 am deponent, oppignoratorius cedere debet.  
 Stat. Lithuanicae Cap. 9. Tit. 14. §. 2.  
 p. 264.

Genes redemptionem possessionato suo pecunia  
condicere requirit, excepto, si minorem posses-  
sionem tenuerit. Consuetudo Crauoniensis  
1503. H. p. 323. 1576. N. II. f. 30. Titulo  
de conditione sive arrepto pecunie.

Si quis possidens oppignorata bona, dein-  
ceps alteri eadem in potiori Summa oppi-  
gnorasset, haec, quando cum redimere vo-  
let, deposita minori Summa, quam acce-  
pit a prioris, hereditatem reassumet, et vero  
sequens oppignorator reliquam Summae  
suae ab creditore repetet. Stat. Letho.

C. 7. Art. 20. §. 1. f. 268.

Si quis rem suam sub hac conditione op-  
pignorasset, quod si intra annum eandem  
non redimeret, pro peritura haberetur,  
post decursum anni hypothecarius penes  
bona perpetuo manet. Quod si tamen is,  
qui bona sua oppignoravit ante annum

19  
exsolvendis bonis circumscriptum decessisset,  
Successores tametsi eodem annis exspirasset,  
possunt eadem redimere, et reposita pecunia,  
oppignorationem rehabere. St. Lit. C. 7.  
Art. 27. §. 27.

Si res non sub radio amissionis in pignus  
traderetur, tunc si pro termino oppignora-  
tio non redimeretur, pignoratarius postu-  
labit officiosam rei divenditionem, et ex  
eadem pecunia summam suam recipiet,  
reliquum autem Successoribus reddet. St.

Lit. C. 7. Art. 28. §. 27. S. 1. (Cas. Mag):  
Vindictia 1568. Stat. p. 528.

Quodsi terminus redemptionis non appo-  
situs fuisset, Officium sive forum terminum  
quatuor septimanarum ad redimendum  
assignabit, sin seius eodem non redemerit,  
res officiose divendatur, itaque sibi ex hac  
pecunia satisfacet, reliquum autem reddat.  
St. Lit. C. 7. A. 29. §. 27.

# Titulus XI. De Jure Coessionis.

Expulsus ad maximum intra mensem debet  
Judicium adire, ut restitatur: Judicium in re,  
stitutione ejus debet tantum praesere, quis an-  
te mensem in possessione fuit. §. 397. Her.  
A<sup>o</sup> 1547.

In Galatinatibus K<sup>o</sup>viensi, Braclavien-  
si, et Chernichoviensi talis est Constitutio  
super bona pariter haereditaria max finito  
bello, modo quis jus haereditatis demonstra-  
ret, idem cuiveret jure, quod fuerat in pos-  
sessione tanquam haeres immediate ante ini-  
tium belli. A<sup>o</sup> 1648. ad allegandas caeteras  
dispositiones non necessitatur. L. 13. p.  
419. C. 1634. V. V.

Expulsus ante omnia restituendus, non

21  
descendendo in aliquam cognitionem furi-  
um, tantum quærendum, si sit ante  
mensem possessor. Expulsor turri paria,  
tur. f. 59. s. 9. N<sup>o</sup> 1689. P. VI.

Nulli licet bonis alterius sine authorita-  
te iudicii occupare, sub cuiusvis præten-  
sionis prætextu, sub amissione illius  
prætensorionis, cuius causa bona fuerunt  
occupata. Quod extendendum non est ad  
prætensoriones ex contractibus obligatori-  
is, et locatoris exortas, tenentarius enim,  
cui tempus extenuationis effluxit, nec  
non obligatorius possessor, cui pecunie  
in castris reposita, in termino solutionis  
bonis cedere tenentur. Dein vero si pos-  
sessor contra heredem, vel hæres contra  
Possessorem habeat, in competente foro,  
præiudice appellatione agere debet, quæ

cautae ante alias sumi debent.

Ad illegitimam occupationem non possunt illa occupatio bonorum, quae sit ad praescriptum Chirographi aut Transactionis. 1764. in actis publicis roborata. f. 101. §. 13.



Nemo collecta phalange bona invadere debet, ad via juris executionem, adhibitis etiam copiis militaribus obtinere. Quod si quis audacter, idque nondum obtento plene victorio processu, insolenti armatus manu violenter ad possessionem se intrudere vellet: quomacmodum et iste, qui de fure decretam traditionem non admittit, multo vero magis, si contra militare brachium decreto demandatum vellet insurgere, ultra delictum facti, si aliquis caedes patata fuisset, poena Sessionis Terris in fundo 12. Septimanarum s. 2000. Marcis puniatur.

20  
f. 281. 1707.

Qui possidet bona, et militiæ nomen dare  
tenetur. Sig. 1577. H. p. 530. f. 57. 2. 1416.

Si quis possessorem de bonis citaret, possessor  
autem responderet, non ad illum solum hæc bo-  
na pertinere, citans omnes Coheredes adita,  
re tenditur, quibus inscriptio fauet. Ratul.

Lit. C. 7. Tit. 9. f. 260.

Si partis adariae aut citatae jus de re aut  
bonis per antiquitatem dubium esset, semper  
pro ad possessionem ejus rei aut bonorum in  
personam et favorem illius, qui tenet, sen-  
tentia ferenda est, et ad comprobandum ad-  
mitti debet. Jagello Crauoviae 1570. A.  
p. 522. Vladist. Jagello Cracoviae 1425.

Herburt. Ibidem.

Si quis ab iudicio suam merariali apo-  
pellaverit de agris, agros ad finem pro-  
prius is retineat, cui suam merarius ad-  
iudicabit, non debet tamen b. g. l. s. s. r. adque



61.  
207  
Conclusionem Processus eundem agrum de va-  
tate. Stat. Silh. C. 9. Ar. 7. S. 2. f. 288.

Movens quaestionem de limitibus, violen-  
tes agros et silvas aggredi non debet, sub  
poena resarciendorum bonorum, poena  
turris 4. septimanarum. et mille Marca-  
rum. f. 221. H. 1768.

Qui se intrudit per expulsionem, non  
tantum damna refundere, sed poenis  
duplicatis puniri debet. S. II. f. 138.  
S. 97. f. 1726.

Novum agendum de Jure ad Rem.  
Jus ad rem oritur ex obligatione,  
hinc

## Titulus XVI.

### De Obligationibus.

Neque lusor, neque Fidijusor obligatur. S. II.  
Qui bona aliqua teneret, super quae alter jus  
sibi arrogaret, debet agere cum illo pro Depor.

28  
tatione (stationum), antequam annus et sex  
hebdomadae praeterlabantur, excepto, si quis  
ignoreret de conditione juris, quod Juramento  
asserat, salvo tamen jure foeminarum et pu-  
erillorum de praescriptionibus sanctis L. 24.  
p. 1219. 1588. V. II.

Qui habet super bonis priorem inscriptionem,  
ejus potius jus, excepto, si quis foret tri-  
ennalis Possessor, aut de lege jus ejus in-  
veniretur esse invalidum.

Prioritas inscriptionis debet observari  
ab eo actu, qui in proprio Foro oblitus  
fuerit. l. 28. p. 1220. A. 1588. V. II.

Contractibus Antecessorum Successores obli-  
gantur, si tamen in Contractu vadia, Dupla  
refusio, Sponsiones, poenae, et caeterae  
obligationes appositae fuerint. Si Ante-  
cessor expleto anno Contractui non stitisset,  
et uteretur, postea vero moreretur, Suc-  
cessores haec omnia ex bonis defuncti

62  
26

solvere debent: Sin autem is non fuerit  
citatus, sed tantum sui Successores huius  
facti citarentur, damnorum, impensa-  
rum, vadiorum, poenarum, et caetera-  
rum obligationum in his litteris descripta-  
rum immunes erunt; praeterquam si  
parentes demortui reliquerint ius trans-  
fusionis, tum liberi adita hac successio-  
ne debent debita paterna exsolvere, quia  
possessor debet portare et Utilia et Onera;  
quod si Liberi fuissent receptum a Successio-  
ne, renunciarunt haereditati, qui ca-  
piet Successionem, is debita solvere  
tenetur. Stat. Lithw. C. 7. Tit. 13. S. 1.  
L. 3. 4. §. 203.

Obligaciones oriuntur, vel ex parte,  
vel ex laesione, vel ex lege parte seu Con-  
tractus, alii re, alii verbis, alii litteris,  
alii consensu capiunt substantiam.

## Titulus XIII.

Trihus modis re contrahitur  
obligatio, huc pertinet mutuum

### Mutuum.

Filii familias si mutuo acceperint pecuni-  
am, parentes eam solvere non tenentur, nec  
ullus contractus cum filio familias in patria  
potestate constituto iustus valet. § 40. f. l.

Ubi de C. aut 3000 Marcis, vel de majore  
Summa agitur, aut illi, qui extra limites  
Regni egit, tali in casu pro exsolutione  
debili octodecim Septimanarum currunt. (Cas.  
Videlicet 1368. H. p. 325.)

Chirographus pro mutuo accepta pecunia,  
sive alia re mobili datus, tametsi coram  
Actis producta non sit, ius legis habere de-  
bet. Qui vero inscriptionem negavit, pass

vero convinceret eum, genuinam ejus esse  
 inscriptionem, debet obligationes juxta teno-  
 rem inscriptionis explere, et pro multa  
 6. hebdomadas Sessione turis puniri. Stat.  
 Lithv. Cap. 7. Art. 7. S. 1. p. 208.

In Regno Poloniae, fassio mutui acceptae  
 pecuniae coram Officio fieri debet, quod si  
 unus alteri pecuniam absque fassione co-  
 ram actis mutuo daret, debitor vero ad  
 jus citaretur, juramento expleto super hoc,  
 quod non sit debitor, declaratur liber.

Consuetudo terrae Cracoviensis 4. p. 308.

Debitum, sive Mutuum super exitore  
 vel autore quaeiri potest, idque etiam super  
 posteris ejus, neque ulla praescriptione se  
 excusare valent. Stat. Lit. C. 7. Art. 12.  
 §. 26i.

Si alter alteri pecunia mutuo data  
 moreretur, debitor successoribus defuncti

in omnibus satisfacere tenetur. Stat.

Lith: Cap. Stat. 15. §. 264.

Sine litteris officioe relatis, nemo alteri  
mutuo det, praeterquam 10. sexagenas  
grossorum; — quod si quis majorem sum-  
mam mutuo daret sine Chirographo,  
pecuniam amittit, et ille qui accepit pe-  
cuniam citatus non debet amplius reddere  
tantum 10. sexagenas grossorum, idque prae-  
ter iuramento eius, qui eam pecuniam  
iure exigat. Stat. Lith. Cap. 7. Articulo  
26. fol: 271.

### Emmodatum.

Chirographus super mutuata pecunia, siue  
alia re mobilidatus, tamen si coram Aetis  
officiosis relatus non sit, ius legis habere  
debet. Qui vero Chirographum negaret,  
vel contra Apocham inficias iniet, Haec vero

agens cum convinceret genuini sui scripti, debet  
Obligaciones iuxta Chirographum capere, et  
pro poena 6. hebdomadis turrim dades.  
Stat. Litho. Cap. 7. Art. 7. §. 1. f. 258.

## Depositum.

Item quod de commodato.

## Pignus.

Si a Iudaeo Christianus pignus suum ab,  
solverit, usurasque non persolverit, eandem  
et intra mensem non dederit, illis Usuris  
aurescant usurae. f. 257. ff.

Emetho pro debito Domini sui non oppigno-  
retur. f. 260. ff.

Hypothecarius, qui est in professione  
ad ministerium terrestris exstendum tene-  
tur. Statutum Litho. Cap. 2. Art. 4.  
S. III.

Si quis bona super aliqua Summa oppigno-  
rata teneret, alter vero hoc debitum suum  
repeteret, propterea, quod illi etiam Summa  
super eisdem bonis inscripta sit, aut jure de-  
ciso, ille vero a termino in inscriptione cir-  
cumscripto, vel a decisione, id est decreto offi-  
cioso, praescriptionem terrestrem 10. anno-  
rum non retinuerit, haec vero bona utriusque  
Summae aequalerent, tunc ille, qui ma-  
jorem Summam habet, minorem exsolvet,  
se, aut alteri eisdem eadem bona in utra-  
que Summa oppignorare, et pecuniam  
acceptam inter se partiri debet. Quod si  
bona debitis non responderent, tunc quo  
prior eorum legitimam et justam inscriptio-  
nem tenuerit, id ponet bona remanere, cae-  
teri vero cum posterioribus inscriptionibus  
debent Summas suas ab Evictione originari.  
Stat. Lith. C. 7. Art. 12. §. 2. B.



65.  
72

*Si res non in catenationem, vel sub amphi-  
one oppignorata fuisset, oppignorator nisi  
pro termino oppignoratiois rem suam redimat,  
Hypothecarius debet officiosam rei divenditionem  
exposcere, atque ex hac pecunia suam sum-  
mam recipiet, reliquum haeredi reddet.*

*Stat. Lith. C. 7. Tit. 28. §. Offi. S. P. Casi-  
minus Silesiacae 1768. Stat. p. 528.*

*Si pignus casu pereat, Dominus perit, hypo-  
thecarius tamen jurare tenetur, quod talem  
rem in suum emolumentum non converterit;  
Si Patrifamilias una cum illam aliquid pe-  
ruisset, praesumitur esse casus, et hypothe-  
carius praestite ut supra juramento ad  
nihil obligatur.*

*Si nihil Patrifamilias deperierit, praesumi-  
tur esse culpa, et obligatur ad reparationem  
damni. Stat. Lith. C. 7. Tit. 20. S. 1. §. 272.*

Posseſſionatum non licet arceſtare. Ital. ſith.  
 Conſuetudo Cracoviae 1306. Stat. pag. 503.  
 1576. f. 901. Vol. I. Titulo de Arreſtatione.

## Titulus XVIII.

De Verborum obligationibus - hinc

De Fidejuſſione.

Fidejuſſor convicto debitore judicialiter det ejus  
 pignus creditori. f. 169. ff.

Villanus non pignoretur pro fidejuſſione  
 Domini. f. 170. ff.

Fidejuſſioni Verbali anno et sex septima  
 nis praescribitur. f. 171. ff. Vol. I. f. 560.  
 N<sup>o</sup> 1540.

Silvam alienam exidens poterit capi ad  
 fidejuſſoriam cautionem. f. 456. ff.

Nemo ad Jus citari debet de Contractu Fide-  
 juſſionis, qui non est inſcriptione officioſa  
 roboratus, praesertim vero de bonis Hereditariis.

bus, et vadia non currunt. Exceptio  
 Masoviae 1576. De contractu verbali.  
 P. II. f. 947.

Subditus sine voluntate Domini sui pro  
 nemine vadem agere potest in majori  
 quota, quam quatuor Sexagenarum gro-  
 sorum, tametsi vero subditus pcederet,  
 ita agat, ne praefatam quotam superet.  
 Stat. Lithw: Cap: 9. Art: 28. f. 304.

## Titulus XIX.

### De Litterarum obligationibus.

Inscriptiones in castro factae sub nullita-  
 te earum intra annum et sex septimana-  
 rum ad acta terrestria intra unum annum  
 transferantur. Mex. 1496. Sigism: 1509.  
 H. f. 209.

Quoad obligationem, ut natus sit annos 24,

completos, tunc autem pacta cum aliquo,  
Transactiones, vel donationes factas, vel Re-  
signationes etc. potestatem non habebit  
reclamandi. Vol: VII. f. 708. A. 1768.

Illi vero juniores, qui ad ineundas trans-  
actiones nondum habent competentiam 24.  
annorum, aut ad minimum discretionem  
annorum, scilicet 20. annos - non ha-  
beant potestatem Summas super bona  
contrahere, inscriptiones facere et chyro-  
graphos dare etc. idque sub amissione  
Summarum etc. in posterum cavemus.  
Vol: VII. f. 708. A. 1768.

Contra inscriptiones factas nullus dicendi  
locus relinquitur, nisi fors Apocha produci  
valeret. Sigismundus. 1543. f. 209. V. I.  
f. 382.

Simpliciter minuta nil probari potest,  
sed litteris, aut minuta sub sigillis, aut

libris coram Iudicio. V. I. f. 329.

Qui alieno nomine falsas recognitiones facit,  
poena Statuti de invasione domus expropru-  
niatur. f. 168. ff.

Qui alieno nomine falsas recognitiones face-  
rent, puniuntur poena de invasione domus  
Statuti. 209.

Judaei pecuniam, litteras, ne dent sub a-  
missione ejusdem pecuniae praeter pignus.  
f. 241. Stat.

Si litteris falsitas objiciatur, et ex actis ve-  
ritas probari non possit, quod acta vel com-  
busta, vel ab hostibus direpta sint, sufficit  
veritatem earum vel suo et duorum Nobili-  
umque professionalium probare testimonio.

f. 268. Stat.

In Contractibus etiam consanguinei testan-  
tur. f. 314. ff.

Nullae litterae in libros terribiles suspiciun-  
tur, nisi quae in aliis libris inscriptae pro-  
bati possunt, sin secus, factum nullum vale-  
rem habeat, nisi originales fidem faciant.

34  
Vol. I. f. 549. N<sup>o</sup> 1539. Sigism: I.

Creditoribus contra inscriptiones aliorum,  
si fuerint in fraudem factae, licet agere.

V. II. f. 1220. N<sup>o</sup> 1588.

Formulae Inscriptionum Vol. I. f. 416.

Litterae ad libros terrestres inscriptae, et  
postea ex iis descriptae non aliter pro-  
bant, nisi originales producantur. V. I.  
f. 529.

Si pars ex conditititibus decretis a com-  
positione mutua retrocedere vellet, et judic-  
alem resolutionem requirere, tunc temporis  
ad solam illationem partium causa ex re-  
vis controversiis judicari et resolvi debet,  
in iis punctis, in quibus partes convenire  
seum nequibant. f. 209. 1788.

Nemo Contractus, Transactiones a se co-  
ram actis publicis recognitas, et roborat-  
as, aut etiam acceptatione eorundem praec-  
habita, poterit rursus eadem manife-  
stare.

68.  
statione reclamare, et eas irritare sub poena  
Sessiois terris duodecim septimanarum,  
et mille marcarum. f. 223. 1768. V.V.

Transactions inter tutores et pupillos na-  
tu majores et minores fratres, in quibus  
Fraus et dolus adinvenirentur, lametsi in  
omni forma, et cum omnibus solemnitati-  
bus factae fuerint, sunt nullius valoris. f. 223.  
1768. P. III. f. 707.

Transactions, quae in liberos Palatinatus  
proprie, vel districtus, primis vel secundis  
terminis tempore pacis, at vero tempore  
belli vel postea facta pacificatione et quiete,  
hac ubi bonae existunt, nisi intra annum  
et sex septimanas transferantur, ejusma-  
di transactions pro invalidis declarantur.  
Statutum Lithoaniae in Regnum Poloniarum  
translatum, quod in Palatinatu, aut ubi  
Palatinatus in Districtus subdivisus fuisset,  
in districtu oblatuari oportet. f. 224. 1768.  
in aliis Editionibus. f. 708.

24  
Qui literas, sigilla, aut manum, sive characte-  
rem regium falsificaret, is poena Colli puni-  
ri debet. Stat. Lithv. C. 1. Art. 16. §. 1. p. 18.

Quiunque vidimationes et sigilla officii, item  
testamenta, inscriptiones, cerographos, literas  
oppignoratitias falsificaret, idque emolumen-  
ti sui, damni vero alieni causa faceret, is  
primum rem, propter quam fabricationem  
fecerat, amittit, et praeterea poena Colli puni-  
ri debet. Stat. Lithv. C. 1. Art. 16. §. 12.  
p. 18.

Qui post facta cujuspiam literas falsificato-  
rias pro aliqua re possideret, is propior est  
ad deponendum juramentum, quod ejusmodi  
litterae post facta cujuspiam sibi in manus  
venissent, et tunc hoc honori et collo non novet.

Quodsi jurare nollit, rem, de qua agitur, litem  
et collem amittit. C. 1. Art. 16. §. 3. p. 18.

Qui literas suspectae fidei intabularat in ju-  
dicio, debet nominari. Nobiles possessores,



28  
nator, ex quibus Adversarius debet C. eli,  
gere; illi vero jurabunt, quod non falsum  
offerret, Actor M. Marcus Casti, at vero  
Judicio tres solvet. 1588. Sigism: Ora,  
conius Stat. pag: 272. P. II.

Valor inscriptionum et prioritas, non a  
data, sed a relatione in proprio Foro cur,  
rit. 1588. 1220. P. II. Ex Metriis su,  
per bona haereditaria probatio. P. II non  
currat. 1607. Constitutio M. D. Lith. ex  
1601. Tit. de Metriis.

Qui habuerit prius jus et inscriptionem  
ad bona, ejus jus potius esse censetur.  
1588. de Valore Inscriptionum P. II.

Contractus de rebus immobilibus sine  
litteris nihil valet. Stat. Lith. Cap: 2. Ar.  
00. f. 89.

Ubi in emptione, sive in quacunque  
alienatione possessionis terrestriis inscriptio  
haec ad acta terrestria non fuerit translata,

41  
tunc ejusmodi inscriptio nullum valorem habeat, et vigore illius, hanc sem, quae alium inscripta fuerat, manu capere non debet, at, quae talis inscriptio pro futuri declaratur, modo praescriptionem terrestrem ad convertendum hanc inscriptionem querulatores non praescribunt, sicut. Stat. Lit. C. 7. Nr. 2. §. 1. 2. f. 255.

Sigismundus Cracoviae 1303. Herb. 207.

Inscriptiones castronenses debet is transferre, cui inserviunt. 1576. f. 298. Tit. de Notario.

Qui habet priorem inscriptionem, ejus potius jus super bonis oneratis, tametsi posteriori processu, et tametsi quippiam prius processum obtinisset ad posteriorem Inscriptionem. 1588. f. 467. de Salore V. II.

Ex contractu verbali de bonis haereditariis nemo judicatur, aut citetur, et antea, pationes aut vadia non habent locum, quin vno pereant. 1576. Tit. de Contractu verba.

li. V. II. f. 94.

Prographus pro mutua pecunia

aut re mobili datus, tametsi coram Actis  
relatus non fuerit, jus legis habere debet.

Qui vero inscriptionem negaret, poena vero  
convineret, hanc genuinam illius inscripti  
onem esse, debet obligationes juxta inscrip  
tionem exple, et poena turris sex septu  
manarum puniri. Stat. Lit. C. 7. Art. 7.

S. 1. f. 258.

In Regno Poloniae assertum mutuatæ  
pecuniae coram Officio praestandum est;

Quodsi quis alteri pecuniam sine officia  
relatione mutuo dedisset, debitor vero edicto  
ad jus citaretur, juramento praestito super  
hoc quod nihil debeat, dedatur liber. Con  
suetudo terrae Cracoviensis. Stat. p. 308.

Qui habuerit debitum prius super bonis,  
eius debet esse jus potius, vel pro eo debet  
stare prioritas juris; tametsi aliquis pri  
us jus evicisset posteriori processu, nisi sit  
posterior Creditor triennalis Possessor aut

jus ejus, si forsin invalidum demonstraretur,  
 esset tamen in possessione triennali, eo ipso  
 juris potioritate gaudet. 1588. De Valo.,  
 de Inscriptionum. §. 1219. §. II.

Si inscriptiones ad Creditamen factae  
 fuerint, licet jure agere Creditonibus,  
 quibus ejusmodi inscriptio videtur da-  
 mnosa.

Si quis ejusmodi inscriptionem fecisset,  
 quae Cui, uxori, liberis, et Posteris ejus  
 datur et vendit, et tali inscriptione uxor  
 sibi nullum jus defuncto marito arrogat,  
 nisi fortitan in hac inscriptione addi-  
 tum esset, quod illi, uxori suae, pro com-  
 muni eorum, aut maritali propria pecunia  
 illa bona divendita, aut utrique simul  
 donata fuissent; tunc hoc juxta inscripti-  
 onem ad Calculum vocari debet. Stat.  
 Litho: C. 17. Art: 17. §. 265.

74.  
24

Si cui literae pro se mobili, non tamen plus,  
ris aestimatae, quam 200. Sexagenis gros-  
sorum perissent, is mox hac de re coram  
Officio protestationem instituet, deinceps eivus,  
et duobus testibus, quod has literas pro  
hac re datas viderint, et debet cum iidem  
juramentum praestare ad retentionem offi-  
ciosam, proinde eandem rem retinebit.

Stat. Lith. C. 7. Art. 24. §. 270.

Si in, vel super eisdem literis plures no-  
mina dedissent, et quidam verbo non steter-  
int, eos, qui verbis non steterint, licet ci-  
tare, non citatis eis, qui Contractum non  
infringunt, quoniam quilibet pro suo de-  
bitto ipse debet, et iuxta inscriptionem,  
quae illum concernit, satisfacere. Stat.

Lith. C. 7. Art. 25. §. 270.

Abque literis nemo mutuo det plus,  
quam 10. sexagenas grossorum. Qui autem  
majorem summam mutuo dedit abque  
litteris, pecuniam amittet, atque is, qui mu-

tuam accipiat pecuniam, citatus, non  
debet plus reddere, quam decem sexagenas  
grossorum, idque cum juramento ejus, qui  
hanc pecuniam jure requirit. Stat. Lith.

Ord. Art. 20. §. 271.

Nemo debet citari ad Judicium de Contra-  
ctu fidejussorio, qui non fuit inscriptus,  
ne officiosa roboratus, praesertim de bonis  
hereditariis. Exceptio Masoviae 1576. de  
Contractu verbali §. II.

Contractus ex consensu capientes sub-  
stantiam sunt quinque. Emptio. Ven-  
ditio. Locatio. Conditio. Emphyteusis.  
Societas, et Mandatum.

## Titulus XX.

### De Emptione - Venditione.

Si ab Emptore haereditatis Vicini ad Offen-  
sionem limitum vocati per ministerialem,  
tamen venire noluerint, et infra tres annos

et tres menses quaestionem pro limitibus non moveant, tunc Possessor ad probationem suae exceptionis cum testibus admittatur, praescriptioneque tanti temporis iuvabitur. §. 512. IV.

Si quis bona aliqua teneret, super quae jus alter aliquis adduceret, debet agere cum eo pro Deportatione Documentorum citationem, antequam Annus ut sex sc. plimanae fluxerint, excepto, si quis ignoraret de lapsu legitimo, quod jurare tenetur, salvo tamen iure foeminarum et pupillarum de praescriptionibus sanicto.

§. 27. p. 1219. 1388. V. II.

Is, qui bona disvendit alteri, debet Eum, qui emit, tueri. Jagello Craoviari 403. Stat. Lith: p. 512.

Si in emptione, sive quaeunque alienatione substantiae terrestri Insensio hae ad Acta terrestria translata non fuerit, tunc ejusmodi insensio nullum robur

habitura est, propterea hanc rem, quae  
 alteri fuisse inscripta manuteneere non  
 potest; ejusmodi inscriptio debet esse facta  
 his, modo tantum praescriptionem terrestrem  
 ad convellendam eam inscriptionem quoru-  
 lator non praetermisisset. Stat. Litho;  
 Cap. 7. Tit. 2. §. 1. 2. f. 255. Juxta Legem.  
 Cracoviae 1505. H. 207.

Qui bona dividere in perpetuum, Inscr-  
 ptio sub invaliditate debet in Acta distri-  
 ctus referri - attamen in (anellaria) Sa-  
 e Majestatis aut in Comitibus fieri idem  
 potest. Palatinatus Masoviae excepta  
 1597. Venditio bonorum in perpetuitatem  
 f. 939. Vol: II.

Si quis alteri bona dividere, et postea ali-  
 cui alteri eadem bona inscribere, qui prior  
 emerit, debet eadem manuteneere, posterior  
 autem pecuniam ab evictore repetere debet.  
 Stat. Lith. C. 7. §. 2. f. 257. 1538. De Valore  
 Inscriptionum. f. 467. Vol: II.



73.  
48

Qui super aliis quibusvis bonis haberet debi-  
tum inscriptionem, haec vero bona divendita  
fuerint, Creditor autem a tribus annis  
